

171 Ti. Caesari | Drusi f., | Ti. August[i n.], | divi Augusti pron[ep.]¹, | P. Varius P. f. Aem. | Ligus² filius.

Albae Pompeiae, descr. solus Vernazza (V 7598). — 1) Varius Ligus commemoratur a Tacito ann. 4, 42. 6, 50.

172 Ti. Caesar | Drusi Caesaris f. | hic situs est¹.

Romae cippus quadratus rep. ad viam Flaminiam prope mausolaeum Augusti, nunc in museo Vaticano (VI 892). — 1) Occisus a Caligula a. 37, qui paulo antea eum adoptaverat (Suet. Cal. 14) eam adoptionem pro nulla habitam esse, ut monuit Hirschfeld Herm. 25 p. 566 not. 4, ex hoc titulo apparet).

173 [Germ]anico Caesari | [T]i. f. Augusti n. | auguri, q.¹

Nomenti rep. a. 1835, perit vel latet (XIV 5942). Ex litteris quibusdam a latere relictis apparet fuisse in eodem lapide titulos Augusti, Tiberii, Drusi. — 1) Quaestor fuit Germanicus anno p. C. 7 (Dio 55, 34).

174 Germanico | Caesari Ti. f. Aug. n. | q., auguri, cos. design.¹ | d. d.

Apameae in Bithynia (III 334 ad exemplum Pocockii). — 1) Consul primum fuit a. 12 p. Chr.

175 Germanico Caesari Ti. [Aug. f.]

L. Valerius

L. Tonneius Le

A. Mevius . . u .

magistri Larum Aug[ust.]

anno V Ti. Cae[saris]¹.

Prope Massiliam rep. (XII 406; Huebner ex. scr. ep. 188). — 1) A. 18/19. Ceterum propter hunc inusitatum anni significandi modum Mo. Staatsr. II³ 802 not. 2 suspicatur titulum ex Orientis aliqua urbe Latina, fortasse ex Beryto, in Galliam adlatum esse.

176 pleps urbana quinque et | triginta tribuum | Germanico Caesari | Ti. Augusti f. | divi Augusti n. | auguri, flamine Augustali, | cos. iterum, imp. iterum, | aere conlato.

Romae rep. una cum N. 168 (VI 909) posita sine dubio eodem tempore quo haec, id est post mortem Germanici.

177 Germanico Caesari Ti. f. divi Augusti n. | divi Iuli pronepoti auguri, flam. Augustal., cos. II, imp. II¹ | L. Mammius Maximus p. s.

Herculanei rep. (X 1415). Titulus positus Claudio imperante, cf. N. 150.

178 Germanico Caesari Ti. Aug. f. divi Aug. n. divi Iuli pron. pontif.¹, flamine Augustali, augur., cos. II, imp. II.

Salerni vel Neapoli (X 513, bis descripta). — 1) Pontifex dicitur Germanicus etiam V 4308, male sine dubio, ut apparet potissimum ex N. 176. — Elogii sepulchralis Germanici, eruti ex mausolaei Augusti ruderebus, pars videtur esse servata C. VI 894 cf. Mo. mon. Ancyr. comm. p. 54 not.; senatusconsulti facti in honorem Germanici post mortem eius (cf. Tac. a. 2, 85) habemus particulas in fragmentis tabulae aeneae VI 911 cf. p. 841.